



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivis Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

XVII. De emtione[sic!] & venditione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

5. *Ex deposito quæ actio compe-*
tit?

Duplex, actio depositi *directa*, quæ da-
tur deponenti, ejusve hæredi, ad repe-
tendam rem depositam : actio *contra-*
ria, quæ datur depositario, ad repetenda
impedia in rei depositæ custodiam fa-
cta.

6. *Quid si dolo vel culpa Clerici depositarii*
res deposita perierit, vel deterior red-
dita sit?

c. i. b. t.

Eo casu actio depositi proponenda c. 6. §. li-
est, non adversus Ecclesiam, cui deposi- cet autem
tarius servit, sed adversus ipsum Cleri- sup. De
cum, qui depositam accepit: quia deli- except.
ctum personæ non debet redundare in
Ecclesiam.

De Emptione & Venditione.

TIT. XVII.

1. *Emptio & venditio quando contrabi-*
dicitur?

Contrahitur, perficiturque emptio &
venditio simulatque inter emptorem
& venditorem de pretio, pro re empta
solvendo, convenerit, quamvis nondum
premium numeratum sit, & res empta non-
dum tradita.

Inst. eod.

in princ.

2. *Quæ*

2. *Quæ igitur necessaria sunt ad hunc tractum?*

Hæc ita I. Res, quæ veneat, sive nunc existat, sive futura sit, ut fructus qui nascitur; sive speretur tantum, potest quis emere spem. II. Preceps. quod consistere debet in pecunia etate. III. Ut in rem & pretium empti vendorque consentiant vere, non mulate.

3. *Quæ res vendi possimur?*

Vendere emere licet rem quamlibet sive ea mobilis sit, sive immobilis, sive materialis, sive incorporalis, modo præceptum. I. Et 2. aut quasi possideri possit. Unde in Extra-nuus census recte emitur, id est, per vagabundos. standi & solvendi annum censuuntur. b.t.c.9. Et ditum: non etiam res & jura Ecclesiastica, ut Ecclesiastici Ordines, beneficii De simon. aliæque res spirituales.

4. *Re aliena vendita, ad quid tenetur venditor?*

I. *Vendi.* Tunc evictionis nomine obligatur 8. ff. Et emptori, id est, re evicta & avocata tota tit. C. verum dominum, tenetur emptori in. De evict. quod sua interest, rem emptam per evictionem non esse ablatam.

5. Quibus casibus cessat hac de evictione
actio?

Tribus. I. Si emptor conventus evi- c. ult. b. t.
ctionis nomine, id non denunciaverit l. Empor.
venditori. II. Si denunciaverit quidem, 8. C. De
sed per contumaciam absens emptor evict.
condemnatus sit, rem restituerit ; quia
præsumit lex, rem esse evictam magis
propter emptoris contumaciam, quam
quod malam caussam haberet. III. Si l. Si ideo
emptor, facta denunciatione, interfuerit 55. ff. eod.
quidem judicio, sed per injuriam judicis
res evicta fuerit. Addi his potest & quar- d. l. 8. & l.
tus, si emptor sciens rem esse alienam 27. C. eod.
emerit ; quia sic præsumitur periculum em-
ptionis in se suscepisse.

6. Emptio venditio perfecta an altero in-
vito rescindi aliquo casu pote-
rit?

Poterit ; utique ob læsionem ultra l. 2. C. De
dimidium justi pretii, si vel vendor vel rescind.
emptor (nam & in illo beneficium legis vend.
locum obtainere, habet verior sententia)
decepsi ultra dimidium justi pretii, & est
in potestate vendentis rescindere vendi-
tionem, aut quod deest justo pretio sup- c. 3. & c. 6.
plere : nam si supplere velit, emptio non b. t.
rescinditur.

De locato & conducto.

TIT. XVIII.

Simul